



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

Thomas <von Kempen>

Coloniae Agrippinae, 1682

XI. Consolatio afflicti & gementis in tribulatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

CAP. XI. *Consolatio afflicti & gementis in tribulatione.*

Exod. 3. D. Quid vis, ut faciam tibi? Animæquior esto, filii mi. *Videns vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto, & descendi liberare eum.*

Sed cùm etiã benefecero tibi, memor eris nominis mei, quia salvator & redemptor tuus ego sum. Jam noli contristari, quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum.

Luc. 24. Quare ergo mœrore consumeris? nunquid consiliarius non est tibi? Recordare sermonis, quid promiserim discipulis meis: *Non relinquam vos orphanos; sed mittam promissum Patris mei in vos Spiritum veritatis, ut maneat vobiscum in æternum.* Ille est enim, qui in adversis consolatur corda Sanctorum.

Ioan. 17.

S. Hoc de Apostolis, Domine & Discipulis tuis dixisti, & implesti in eis promissum tuum; sed de me nescio, quomodo fiet istud, quoniam non fueram ibi.

D. Nonne & tu discipulus meus vis fieri? S. Et.

S. Etiam,

D. Quod dixi eis, dico omnibus, quia pusillum & magnum ego suscipio. Rogavi Patrem meum non tantum pro his, sed etiam pro eis, qui credituri sunt in me per verbum eorum.

Dicta A-
postolis,
etiam ad
nos spe-
ctant.

Omnis enim, qui voluerit esse discipulus Christi, particeps erit honorum omnium, quae promisi electis meis. Elegi eos, & posui eos, ut eant & fructum afferant in patientia, & fructus eorum maneat in vita aeterna. *Ioan. 15.*

Hoc loquor tibi, ut in me pacem habeas, & in patientia animam tuam custodias. *Ioan. 16.*

Pacem meam relinquo tibi, pacem meam do tibi, non quomodo mundus dat, ego do tibi. *Ioan. 14.*
Patiens esto, & adversa libens suscipe.

2. Ne deficias in tribulationibus, quia tribulatio ignis consumens est. Purgat peccata, extinguit praesumptionem, fugat dissolutionem, ingerit salubrem tristitiam; dat odium mundanorum, & facit Christi imitorem.

Tribulationis
fructus

Velles istis lucris carere?

S. Non

S. Non Domine.

D. Hæc tamen operatur in tribulatione vera sapientia. Noli proinde quærere pacem nisi in Deo; pacem & gaudium in Spiritu sancto, quam mundus non potest dare.

S. O pax & gaudium Domini mei Jesu Christi, quales filios tu facere consuevisti, quibus modis te mentibus electorum de cælo veniens infudisti.

O pax & gaudium in Spiritu sancto, quod non datur impiis, sed manifestatur humilibus, & omnibus devotis Dei servis! Utinam dirumperes cælos, & ad me descenderes, & infirmam animam meam visites frequentius; & experimento discerem, quoniam *benignus est spiritus sapientia, & pax multa diligentibus legem tuam, & gustantibus suavitatem Spiritus sancti.*

Sap. 1.
Psal. 118.

Quàm libenter tunc ista caduca & terrena omnia contemnerem, ut ejus dulcedini semper inhaererem? Quàm patienter omnia adversantia susciperem, cum præ amore ejus grave quicquam esse non

non
obl
sic
:
spi
tua
res
pra
ple
div
co
gu
id
gu
m
no
g
e
ti
b
n
r
r
f

non sentirem? Et quid tunc ultra oblectare me posset, quando ille sic me absorbuisset.

3. O quàm suavis est Domine Spiritus tuus, qui ut dulcedinem tuam in filios gratiæ demonstra- res, pane suavissimo de cælo præstito, esurientes animas replesti bonis internis, fastidiosos divites dimittens inanes; quia consolatione sancti Spiritus digni sunt. *Sap. 12.*

Hæc omnia operatur unus & *1. Cor. 12.* idem Spiritus tuus, dividens singulis prout vult, adjuvans infirmitatem nostram, & consolans nos in peregrinatione nostra, in grâdi exilio quo relegati sumus.

Sed scio, Domine, quia hæc est hora diei tertia, quando Petrus aperuit os suum, & loquebatur verbum tuum cum fiducia magna; quando repletus est vino novo, quod lætificat cor hominis, quando unctus est oleo gratiæ & lætitiæ, cum consortibus suis. *Act. 2.*

Hæc est hora, de qua Coapostolus ejus dicit: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spi-* *Rom. 5.*

Spi-

Spiritum sanctum, qui datus est nobis: quia non accepimus spiritum huius mundi, sed spiritum qui ex Deo est, Et scripsit dicens: *Gaudete (fratres) in Domino semper, iterum dico gaudete, Dominus enim prope est.*

Rom. 8.
Phil. 4.

Vere illi prope erat, qui tantam gratiæ copiam à Domino perceperat; ut esset ipse plenus, & alius propinaret ex abundantia cordis tam multiplices consolationes. *Sive (inquit) mente excedimus, Deo, sive sobrii sumus, vobis, omnia propter vos charissimi.*

2. Cor. 5.

Psal. 39.

Psal. 70.

Psal. 83.

Hebr. 6.

Hæc est hora, in qua Propheeta lætatur, dicens: *Et immisit in os meum canticum novum, carmen Deo nostro. Exultabunt labia mea, cum canta vero tibi; & anima mea, quam redemisti. Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum.* Et plures fuerunt, qui de hac mulea præcinuerunt, & gustaverunt bonum Dei donum; virtutis quoque & gratiam, quam habebant.

Deus meus, tu eis hoc dedisti; Deus tu propitius eis fuisti, &

eos
doc
coel
fieri
pio
ama
T
ver
me
run
bor
tan
ut e
de
dor
:
rur
ve
Do
ver
plu
del
me
C.

V

eos interius per spiritum iuua-
docuisti. Beati sunt servi illi, qui
coelestium bonorum participes
fieri meruerunt, & tam dulci &
pio Domino servire die ac nocte
amaverunt.

Non sunt de terra vita & con-
versatio eorum; sed vivunt de
memoria aeternorum corda illo-
rum. Saturati sunt de opimis *Psal. 16.*
bonis Domini, & utinam dimit-
tant reliquias suas parvulis suis;
ut edant pauperes & saturentur *Psal. 21.*
de micis, quæ cadunt de mensa
dominorum suorum.

Sed ubi est hora illa, de qua
rursus scriptum est: *Hæc est hora* *Lucæ 22.*
vestra, & potestas tenebrarum?
Domine Jesu (si bene memini)
verba tua sunt hæc. Et alia com-
plura ad memoriam revocare me
delectat; quia scio, quod propter
me omnia facta sunt & scripta.

CAP. XII. *Verbis & exemplo*
Christi, item Patriarcha-
rum, patientia sua-
detur.

Vbi est, Iesu bone, verbum sa-
lutis nostræ, quod locutus